Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

posita sinuna aliqua parte terrarum per totam uitam suam tam breue
quam humana uita breuis est. quamuis ad senectutem maiuuentute per
uenerit; Non uiderit iustum derelictum nec semen eius quaerens panem;
Non est mirandum; potuit enim fieri ut ante uitam ipsius fuisset
aliqui iustus. quaerens panem. potuit fieri ut in alia parte terrarum
non ubi ipse est et deinde aliquid quod moueat audire; Ecce unus
quisque in uobis qui forte iam senuit respiciens cursus aetatis suae;
Iam peractos sibi ubi cogitatione uersatus fuerit in his quos nouit
forte. non eis occurrat iustus quaerens panem. aut filius iustus
quaerens panem sed tamen respiciat ad scripturas diuinas. et inue
nit angustatum iustum famem passum in regione sua ut. ee.
aliam regionem; Inuenit et filium ipsius ipsa eiusdem fame cau
sa in alias ipse regiones querentem panem; Et quomodo erit ue
rum numquam uidi iustum derelictum nec semen eius quaerens
panem; et si uerum hoc inuenit in spatio uitae suae aliter tamen
inuenit in lectione diuina. quae fidelior est. quam uita hominum;
Quid ergo faciamus. ad inuenit nos pia studia uestra ut discutiamus
hi uersibi psalmi uoluntatem dei. quid nos intellegere uelit;
Metus est enim neuinus quisque in firmus non capiens. spiritaliter
Intellegere scripturas; Et in exemplis humana. uidet aliquan
do bonos seruos dei. ee. in necessitate aliqua et in opia quaerendi
panis; maxime et paulum apostolum cogitet et quidicit;
In fame et siti in frigore et nuditate; et scandalizetur apud se
ipsum dicens; Certe uerum est. quod cantaui; certe uerum est.
quod in ecclesia sanctam quam deuota uoce personui; Num quam
uidi iustum derelictum nec semen eius quaerens panes; fallunt nos
scripturae dicta apud se et dissoluantur et membra omnia ab ope
re bono quibus membris intrinsecus. quod est grauius; et in inte
riore homine resoluta siam desistat ab opere bono et dicat sibi;
ut quid bene oper or ut quid panem meum frango esurienti et nu
dum uestio et sine tecto induco in domum meam; Attendens ad id.
quod scriptum est. numquam uidi iustum derelictum nec semen
eius quaerens panem; Cum uideam tot homines bene uiuentes
plerumque fame laborare; sed si forte ego erro ut tamillum
qui bene uiuit. quam illum qui male uiuit. putem bene uiuere;